

**Annotazione del trascrittore, Tarcisio Bertoni: DOCUMENTI (1426) *Demolizione del Castello ordinata dal duca di Milano in parte già pubblicati dal Cocchetti. I***

Pro explanatione castrj de Rovado fienda sub dominio ducis Mediolanj. / Jn Christi nomine amen.  
Anno Dominj a nativitate eiusdem millessimo quadringentesimo vigesimo / sexto, jndictione quarta, die septimo mensis januarij, in loco Platee jn quo sollebat / esse castrum seu fortilicium terre Rovadj districtus Brixie, ante portam pallacij / seu domus habitationjs dominj vicarij Rovadi, presentibus sapiente et discreto / viro domino Gabrielle de Bossis de Mediolano vicario dicte terre de / rovado, ser Johane de Girardengis habitatore civitatis Brixie et Baldesaro/ filio Patine de Patinjs habitatore dicte terre de Rovado omnibus testibus / rogatis et notis etc./  
Jbi spectabilis et famosus vir dominus Baptista de Moncaldo de Janua / Brixie eiusque districtus honorandus potestas jn exequitione litterarum jllustrissimi et excellentissimj / dominj dominj nostri ducis Mediolanj etc. Papie Anglerieque comitis ac Janue / dominj etc. quarum tenor talis est videlicet: Dux Mediolanj etc. Papie / Anglerieque comes ac Janue dominus. Sentientes fide digne quod / fortilicium terre Rovadi non est bene explanatum prout ordinavimus / , vollumus quod stati jlluc te transferas jpsamque terram de fortilicia / penitus tolli facias per modum quod non appareat nunquam jbi alliquod / fuisse fortilicium vestigium nec ad fortilicium ullatenus redigi possit, / rescribendo nobis de receptione presentium qualiter fecerjs superjnde. /  
Date Mediolanj die quarto januarij mccccxxvj. Signatas Conradinus. / A tergo:  
Egregio potestati nostro Brixie emanate jpsa domino potestati. /  
Volens adjmplere jpsas litteras et omnia et singula jn eys contenta, / precepit Contro q. Johannjs de Brunellis et Duxio Fachinj Duxinj / de Rovado consulibus et se consules asserentibus et facientibus predicte terre de / Rovado nec non Michaeli q. Parixij de Parisijs, Pecino q. Unginj de / Rovado, Gratiolo q. Zanini de Merlotis, Martino de Bersinjs fq. Pezottj, / Andriolo de Cozandis q. Cozandinj Petro de Rivettis q. Cominj, Zanino / de Barisellis q. Zaninj, Comino de Zabetis q. Pecinj, Tono de Monal= / = dis q. Monaldj, Donato Zuchinj q. Martinj, Pecino de Taverijs q. / Martinj et cuilibet eorum omnibus de consilio et habitatoribus dicte terre de Rovado / presentibus audientibus et jntelligentibus quatenus jnfra octo dies continuos proxime / futuros debeant explanasse et explanarj fecisse dictum pallacium seu / domum habitationis prefati dominj vicarij dicte terre de Rovado et rocham / dicte terre Rovadi et omnes foveas dicte terre Rovadi ac teralia / et loca si que sunt ex quibus vel super alliquod fortilicium hedifi =/ =catum fuerit vel edificarj possit vestigium nec ad fortilicium ullatenus / redigi possit et cetera fecisse pro ut hec et alia jn dictjs litteris//  
ducalibus suprascriptis latius continetur, jta et taliter quod nunquam jbi appareat alliquod / fuisse fortilicium et hoc sub pena florenorum mille aurj applicanda / camere prefati jllustrissimi ecc. domini domini nostrj et cuilibet contrafacienti auferenda etc. / Et ulterius quod omnia feramenta et lignamina de assidibus jn dictis locijs / suprascriptis existentia et existentes custodiant et custodirj faciant / et quod nemina de ipsis nec de aliquo ipsorum respondeant sine speciali / licentia jpsius dominj potestatis nomine camere prefati jllustris simi dominj dominj / nostrj custodienda et gubernada et camere prefate apponenda / et hoc sub pena predicta. /  
(Già Archivio Parrocchiale di Bedizzole ed ora Archivio comunale di Rovato, Registro cc.9v.-10r.)